



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

LXXXIII. Der Markgraf Ludwig der Römer befreit das vom Kloster in Spandow erkaufte Dorf Tegel mit Zubehör von der Lehnsverbindlichkeit und allen Lasten und Abgaben, am 21. Juni 1361.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

LXXXIII. Markgraf Ludwig der Römer befreit das vom Kloster in Spandow erkaufte Dorf Tegel mit Zubehör von der Lehnsverbindlichkeit und allen Lasten und Abgaben, am 21. Juni 1361.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod Nos Ludowicus Romanus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Sacri Romani Imperii archicamerarius, Comes palatinus Rheni et Bavarie dux, nostro et illustris principis Ottonis, marchionis Brandenburgensis, fratris nostri karissimi nomine, ob reuerenciam et honorem omnipotentis dei et gloriosissime genitricis ipsius virginis Marie et vt perpetua memoria in diuinis habeatur animarum progenitorum nostrorum et felicis recordationis quondam Marchionum Brandenburgensium antecessorum nostrorum ac heredum nostrorum, in cenobio sanctimonialium ordinis sancti Benedicti in Spandow, ipsi cenobio et claustro, preposito, priorisse totique conuentui sanctimonialium predictarum in Spandow dedimus, donauimus, appropriauimus, damus et sollempni donacione appropriamus ac iusto proprietatis titulo donamus villam dictam Tygel cum molendino sito prope dictam villam cum omni vsu, iure, fructu, commodo, vtilitate et honore, cum lignis, agris, cultis et incultis, pascuis, paludibus, aquis, pratis, cannis et cum supremo iudicio dicte ville et molendini, quam villam et molendinum cum omnibus ipsorum pertinenciis, vt premittitur, discretus vir Johannes dictus Wolf cum filiis suis Martino et Johanne in presenciam nostra ac nostrorum consiliariorum ad vsu predictorum priorisse et totius conuentus libere resignauit, sic quod dicta villa et molendinum cum omnibus iuribus, vt premittitur, debeat et debebit perpetuis temporibus, iusto proprietatis titulo ipsis quiete et pacifice sine impedimento quolibet pertinere, Renunciantes pro nobis heredibus et successoribus nostris omni iuri, actioni et impetitioni, quod uel que nobis in dictis villa molendino et iuribus preexpressis competunt aut competere poterint aliqualiter in futurum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presencibus est appensum, presencibus Reuerendo in cristo patre ac domino, domino Heinrico Lubucensis ecclesie Episcopo ac Strenuis viris Hassone de Wedel de Valkenburg, Petro de Bredow, camere nostre magistro, Hermanno de Wolkow, militibus, Heinrico de Schulenburg, Gunzelino de Bertensleue et Mathia de Bredow cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, Anno domini M^o. CCC. Sexagesimo primo, feria secunda ante festum beati Johannis Baptiste.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

LXXXIV. Die Markgräfin Katharina bestätigt rücksichtlich ihres Leibgedinges der Stadt Spandow deren Rechte und Freiheiten, am 3. Juni 1369.

Wy Katerina, von Gotes Gnaden Markgravinne zu Brandenburgk, bekennen vnd betuegen openbar in dessen Brive. Wenn dat dy Land, de Uns gehuldet hebbe, tu Liepdinghe in der Marke tu Brandenburg an Uns quemen, storven oder sielen, na dode oder Afgang des hochgebornen Fursten vnde Herren, Herren Otten, Markgraven darfulvens tu Brandenburg, Unses liewen werden, Fürsten vnde Vrundes, das Got vnde syne Barmherticheit nicht ene gewe; so scole